



Modus confitendi pro sacerdote

<https://hdl.handle.net/1874/424362>

MODVS CON

FITENDI PRO SA
cerdote,

Arnoldo Vvesaliens
si autore.

D.N.D.

F

NEOMAGI per Petrum El-
zenium . Anno M. D. LII.

ORNATISSIMO PRVDEN
tissimoq; uiro D. Tilmanno à fos
sa Ecclesiæ Coloniensi Metro
politanae à secretis & episto
lis, inelyto studiosiorū cul
tori, Ioannes Nos
uionagus,
S.P.D.

FAbulantur Græci, grammaticū quens
dam orasse deos, apud quos rerum in
fernarū potestas esset, ut permitterēt
Homeri animā tantisper redire ad superos,
donec quædā ab eo percūstaretur: ac tandē
ubi longis precibus fatigasset, exorasse: sed
dum euocasset hoc tantū quæsisse, quoniam
loco esset natus: certāt enim septē ciuitates
Græciæ de patria Poetæ. Ridiculū sane ho
minē qui posthabitis illis, quæ per hanc oc
casionē maiore fructū & dignitate quæri po
tuisset in re nec necessaria, nec utili tantū la
borauerit. Equidē Tilmanne humanissime
iustio

missiore uenia optari posse arbitraret, ut
Arnoldi Vvesaliensis uiri incomparabilis a-
nima deorū immortalium indulgentia tantis-
per nobis redderetur, ut de libris quos mor-
riens reliquit, certiores nos faceret. Nā cū
te & alias sæpe insperatā mortē prestantissi-
mi uiri dolere intellexi, cū uero maxima id
perspexi domi tuæ præsentē Ioanne Cæsa-
rio, uiro literis, moribus & canicie plurimū
uenerādo, dū inter reliquas doloris tui caus-
sas esse diceres eam, quæ nō magis ad tuum
quā publicū dolorē studiosorum pertinet,
quod scilicet libri quos multos scripsisse di-
citur, eo mortuo nusquā sunt reperi- $\pi\omicron\lambda\upsilon\varsigma$
 $\chi\rho\alpha\phi\omicron\varsigma$ enim fuisse dicitur, & certe $\phi\lambda\omicron\pi\omicron$
¶ nec quicquam nisi summa diligentia &
iudicio tractandū suscepit: cuius rei sunt tes-
tes libelli qui passim casu quodā per fami-
liā seruari sunt, quos ex tēpore iussit, nō qui-
dem in id ut unquam aderentur, qualis ille
in decalogū quem clarissimus uir Dñs Rei-
nardus Comes à Vvestēburch exhibuit, &
hic de confessione libellus tua diligentia ab-
interitū uindicatus quæ opuscula cū præter

institutū emissiōis aut sui admonēdi aut me-
morix gratia solū scripta non indigna sint
quæ per doctorū manus eant: ea quæ postea
ritati scripsit summa cura ac magnis uigili-
is elaborata esse minime obscurū est.

Horū librorū sunt qui plena serinia uide-
runt, Quæq; & tibi aliquando ostensa opus-
cor, quorū eruditio nē, ut erat singulari mo-
destia præditus, præcipitare uolebat. Memo-
ria teneto, dū nobis adolescentibus in scho-
lis Aristotelica prælegere, eū Homeri utrūq;
opus uertendū sumpsisse uersibus hexame-
tris. Magna erit huius operis apud doctos
expectatio, uolueritne Vuesaliensis lingua
qui hucusq; p̄ neminē latine loqui uoluit.
Ist hæc cū reliquis, nescio quo malo fato ex
umbris in lucē reuocari non possunt. Veinā
optime Tilmanne hunc librorū thesaurū ali-
quando reperitū tibi gratulari possimus, &
meliore occasione, longiore epistola doctissi-
mi hominis uirtutē uehere possimus. Itaque
tui muneris erit, qui insignē illā tuā & rarā
bibliothecam optimis quibusq; autoribus
quotidie copiosiorē reddere nō cessas, ut in
co

eo cōtubernio integer Arnoldus aliquando
uiuat libellus hic, quē Melchiori nostro des-
disti imprimendū de Conſtendo, etſi perbre-
uis est, dignus tamē & meo iudicio, qui duos
bus superioribus adiiciat, etiāſi in hoc non
ſit ſcriptus. Deus uelit aliquādo iuſtū opus
tua ſagacitate in lucē exeat, Vale. Coloniae
ē Gymnaſio noſtro. M. D. XXXVII Men-
ſe Ianuario.

CONFITEOR.
Primo Cogitatione.

Cogitauī quomodo ſcilicet, explerē
carnis delicias & uoluptates cū in-
iupta uirgine, cū muliere matrimo-
nio deuincta, cum puella Deo cōſecrata.

Cogitauī qualiter magnos honores confe-
querer, ſiue dotis & iſpoſturis, donis & mun-
neribus ſiue precibus & ambitione.

Cogitauī qua ratione diuitias & ingen-
tes theſauros cumularem, interim fraudatis
pauperibus, & emūcta ſubditorū ſubſtātia.

Cogitauī etiā quo pacto illatā mihi iniuriam

A 3 riam

riam ulcisceret & reualiare, uel læsa proximi fama, uel interceptis bonis tēporalibus, uel adempta præsentī uita.

Secundo Locutione.

Locutus sum ea, quæ seurrā magis decet quam grauem uirum.

Locutus sum ea, quibus castę aures offēdebantur, & pudicę mentes periculosis sæpe cogitationibus implicabantur.

Locutus sum quæ me & alios in carnis petulantia titillationemq; excitarunt.

Locutus sum quæ proximū meū sæpe in irā prouocarunt, sæpe ad inanē gloriā erexerunt, sæpe protraxerunt in odium & inuidentiā, sæpe demerserunt in scandalū, & alia id genus cōscientiæ discrimina.

Tertio operatione quinq; sensuum.

Per uisum & auditum libidinis ardorem admisi.

Per gustum & tactum gulę & erapulę potorem excepi.

Per

Per olfactū omne delicatæ teneritatis uitium
amplexatus sum.

Septē peccatorū mortaliū.

EX superbia cōtempsi & derisi, nunc su-
periozem & prælaturū, nunc inferiorē &
subiectū, nunc æqualē & cōsocium, ac me-
metipsum extuli & cōmendauī.

Ex gula, assiduīs comestationibus & es-
brietatibus me cōmaculauī.

Ex auaritia, spē in thesauris pecunię col-
locauī, & ijs qui mihi seruiuerant, merces-
dem non exoluī.

Ex ira, iniuriā quam animo concepi quā-
doq; amarulentis uerbis, quādoq; diris uer-
beribus uindicauī.

Ex inuidia, fortunam & successus proxi-
mi iniquo animo tuli, & famā nūc tacitis ob-
loquijs, nunc apertis conuicijs & probris
lacerauī.

Ex luxuria, in libidinis & fornicationis
opus exarsi.

Ex acedia tandē, ab horariū (quas Cano-
nicas uocant) atq; uigiliarū, & cōmendatio-

in reflectione sæpenumero abstinui, & ab omni opere bono penitus me retraxi.

Quarto omiffiõe decẽ præceptorũ

In præscriptis fidei & Catholicæ Ecclesiæ nonnunquam hæsitauic.

Rem fordidam & uilẽ, quin etiam falsam, e mentitamiq; diuini nominis inuocato testimonio, confirmaui.

Dies festos orationibus & spiritalibus operibus non honorauic.

Parentes meos, uiuos quidem despexi, & mortuos sum oblitus.

Proximis meis, uitam auferre gladio, & poraria bona furto, famã falso testimonio, uxorem adulterio, paratus fui.

Septem Sacramentorum.

Candorẽ fidei in baptismo susceptũ non seruaui, sed somniorũ cõiectoriis magis sagis superstitionisq; artium doctoribus fidem adhibui.

Ordinem sacrũ, exemplũ bonæ uitæ, & studio sacræ scripturæ non decorauic.

Peccatorũ meorũ sed uilã contritionẽ, p̄t̄a

eam confessionē, & promptā satisfactiōē nō habui: sed ut cōfessionē distuli ita quoq; penitentiā mihi iniunctā fastidiēter impleui.

Operum misericordiæ.

E Genos & pauperes cibo potuq; non refeci.

Infirmos humano solatio destitutos nō uisitauī.

Captiuos in carcerem & uincula iniuste detrusos, non redemi.

Aduenas & peregrinos aliena ope indigentes, in hospitium non excepi.

Nudos & pannosos non uestiui.

Errātes in fide, nō admonui, nō correxi.

Iniuriam ex animo non remisī, sed iterū atq; iterum mecum tacitus reputauī.

Inimicorū perditionē et mortem expetiī.

Consilio meo quando opus erat, reipublice, aut etiā privato homini non profui.

Aliud quandoq; consilium ore protuli, aliud mente complectebar.

Conclusio.

OB hæc igitur peccata, & quæcūq; iñ
mihi non occurrunt, & quæ si occur-
rerent, libens admodū cōfiterer, quo-
cūq; modo à me patrata sunt, siue solo, si-
ue cū alijs, siue nocte, siue iterdiu, siue uigi-
lanti, siue dormienti, siue sacro, siue prophā-
no loco, siue festis diebus, siue operosis, siue
cū quibuslibet circūstantijs, dicam meā cul-
pam, & peto à te patre meo spiritali &
Christi ministro salutarem pœnitentiā. Ideo
precor gloriosissimam Dei genetricem uirgi-
nem Mariam, &c.

CONFESSIO CVIVS- dam uiri sancti.

Confiteor tibi Dñe pater cœli eter-
næ, tibiq; bone & benignissime Iesu
una cū Sancto spū corā sanctis Ange-
lis tuis, et corā sanctis tuis, corā hoc altari et
sacerdote tuo, quia in p̄t̄is cōceptus & in
peccatis natus, & in p̄t̄is nutritus, & in pec-
catis post baptisma usq; ad hęc horam sum
conuersatus: Confiteor etiā quia peccauī ui-
mis.

mis in superbia, in inani gloria, in extollen-
tia tam oculorum quam vestium, et omnium
actuū meorū, in inuidia, in odio, in auaritia,
tam honoris quā pecunię, in ira, in tristitia,
in aedia, in ventris ingluvie, in luxuria so-
domitica, in sacrilegijs, in periurijs, in adul-
terijs, in furtis, rapinis, in omni genere for-
nicationis, in immunditijs turpissimis, in es-
brietatibus, in cōmessationibus, in fabulis o-
tiosis, in luxurijs, in osculis & amplexibus
imundis, in semoribus & genitalibus meis,
in homicidijs animo optatis, in fide, spe, &
charitate: in accipiendo corpore & sanguis
ne Domini semper indignè, in exhortationi-
bus & adulationibus malignis, in ignoran-
tia, in negligentia, in surreptionibus, in dan-
dis & accipiendis muneribus, in usuris fa-
ciendis, in praelationibus in dispensatis ma-
lè rebꝯ ecclesiasticis, in subtractis elemosy-
nis, in pauperibus exasperatis, in hospitali-
tatibus & receptationibus pauperū. In des-
pectione propinquorū, in oppressione pau-
perum, in afflictione familię mihi cōmissę,
non uisitando infirmos secundū euangelicū
præceptū,

Præceptū, & in carcere positos: non sepelien-
do mortuos, non uestiēdo pauperes, non rei-
creando esurientes, nō potando sitientes: so-
lennitatibus Sanctōrū & Dominicis ac fe-
stis diebus debitum honorem & celebratio-
nem non impendendo, nec sobriē ac castē in
his uiuendo, consentiēdo scēuori in malo,
non adiuuando apud illum & solando indi-
gentes, nocendo potius quam adiuuando pe-
tentes, Senioribus & magistris ac principib;
detrahendo ac blasphemando, amicis ac
benefactorib; meis fidē & debita obsequia
non rependendo, animalium & pecudū con-
cubitus conscientia immunda intuendo, in
ecclesiam Domini superbe intrādo, stādo,
sedendo, iacendo & egrediendo, ac oriosis fa-
bulis & sceleratis actibus, turpibusq; col-
loquijs in ea cū alijs insistendo. Vasa sancta
& ministerium sanctū polluto corde & ma-
nibus immundis tangendo, orationē & psal-
modiam atq; officium diuinum negligenter
in ecclesia Dei faciēdo, in cogitationibus
pestimis, in meditationibus pueris, in suspē-
tionibus falsis, in iudicijs temerarijs, in con-
sensu

sensu malo & consilio iniquo, in concupiscē
tia & delectatione immunda: in verbis otio
sis, superfluis, luxuriosis, atq; cōrumeliosis,
in mendacijs, in falsitatibus, in iuramentis
multimodis & diuersis, in detractionib; asu
siduis, in rixis ac discordijs seminatis, in ira
risonibus, in otiositate, in cōtensione, in do
loitate, in malignitate, in susurratiōe, in ina
ani laticia, in omni malo linguæ, in murmus
rationibus, in blasphemijs, in scurrilitatis
bus, in cachinnis, in somnolentijs, in maledis
ctis, in conuicijs, in turpiloquijs, in insulta
tionibus, in uigilijs Deo contrarijs, in simu
latione in concupiscentijs carnalibus, in co
gitationibus luxuriosis, in delectationibus
immundis, in consensu diaboli & transgres
sione præceptorū Domini, in negligētia pro
positi mei, in dilectiōe Domini & proximi.
In uisu, auditu, gustu, odoratu et tactu luxu
rioso & immundo, & omnimedis cogitatio
ne Jocutiōe, uolūtate, actione, perditus sum.
Quoniā in his & in alijs omnibus uitijs qui
buscunq; humana fragilitas contra dominū
& creatorē suū, aut cogitando, aut loquens
de

do, aut concupiscendo peccare potest, me peccasse, & reum in conspectu Domini super omnes homines esse cognosco & confiteor. Ideo supplico uobis omnes sancti angeli domini & omnes sancti & te uenerande sacerdos, in quorum conspectu haec omnia confessus sum, ut testes mihi sitis in die iudicij, contra diabolum hostem & inimicum humani generis haec omnia me confessum fuisse. Obnixetiam te sacerdos domini exorco, ut intercedas pro me & pro peccatis meis ad dominum Deum meum, quatenus de his & de alijs omnibus sceleribus meis ueniam & indulgentiam per merita & intercessionem omnium sanctorum assequi merear.

Tunc dicit Sacerdos.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, liberet te ab omni malo, conseruet te in omni bono, & perducatur nos pariter ad uitam aeternam. Ab omni malo custodiat nos Dominus, Amen.

Præcauendum est tamen sacerdoti, de supra

prædictis uitijs, ut ei exhortationis gratia
ad memoriã reducat, ne quid aduersãte dia-
bolo occultum remaneat. Quo factò, fixis ge-
nibus in terra & super ipsa innixus stans
suppliciter tensis manibus, blando ac flebili
ultu respiciẽs sacerdotẽ, dicat his uerbis:

Multa quidem & innumerabilia sunt au-
lia peccata mea, quæ recordari nequeo:
In factis, in dictis, in cogitationibus, pro
quibus omnibus misera mens mea compun-
gitur, & acri interdum pœnitentia crucias-
tur.

Ideo consiliũ, imò iudiciũ tuum, quĩ
sequester ac mediũ inter Dominum & pec-
catorem ordinatus es, hominem supplex de-
precor & ut pro eisdem peccatis meis
intercessor existas, humiliter
imploro.

FINIS.

15054.6



FINIS

och 65232029



